

M. Sc. nec.

in ipso ortu, quo membra infantilia fordent; ne moreretur sicut & ceteri, qui spem non habent. Illa felix ex infelicitate nata est. Haud maledicta dies, cum in orbe terrarum tyrannide demonum, Nemo (verbis Marc. Senec. utar, *Controvers. l. 3.*) non cum parentibus suis querebatur, quod natus esset.

Verfio- nes.

44 In portum pervenimus: exhibebimus versiones, ut methodo respondeamus. *Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea.* Syr. *Maledictus dies, quo genitus, & dies quo natus.* Hebr. *Peribit dies genitura & natiuitatis.* Castr. *Ultiam non natus!* Maluend. *Maledicta dies, qua genitus fui in ea: dies, qua peperit me mater mea.* Dicamus ergo aliquid ad mores, instructi spiritus veritatis; ut qui nati carne nati sumus gratiam, gloria donemur regenerati in spem vivam.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. exturf.

- 1. **D**IES, in qua natus; dies in qua peperit me mater mea. O infelix ex felicitate Synagoga! Geminam in vitam gratia lucem splendidam accepisti. Primam, fulminat lege: posteriori, tibi oriente Salvatore: sed tibi non ortus, sed interitus lucis, in natiuitate solis: equidem Gentilitas ortum in lucem habuit; dum lux vite tibi in ipsa natiuitate deficit.
- 2. *Dies in qua natus, &c.* Ortus praefigitur in luce natiuitatis, ut cum virtute fulgeat doctrina praedicatoris; sine qua, quantumvis splendor sit, lux nequaquam nata est: etenim dum nascitur, moritur; & simul extinguitur, dum accenditur.
- 3. *Dies in qua natus; dies, in qua peperit me mater mea.* Duplex hominis in miseram naturae conditionem ortus exprimitur; ut felicitas ex duplici natiuitate Dei-hominis ostendatur. Alia luminibus abscondita, alia visa: equidem ex Patre ante saecula genitus, & simul ex matre in saeculo natus: sed misero haudquaquam venit felicitas homini; quousque in saeculo positus, natus, ex matre.

4. *Dies, in qua natus; dies, in qua peperit me mater mea.* Estne discrimen inter diem natiuitatis, & factus parturitionis? Nullum, dum homo nascitur; sed summum, quum Virgo genitrix oritur. Nullum in natura germine: summum, in Conditoris genitrice: diemque signatur ortus & partus diversus, cum esset unus; eo quod filij connotatione designetur Virgo ad imaginem imago: etenim iam gaudebat genitricis honore antequam oriens nasceretur ex matre.

DIDASCALIA PRIMA.

*Gentilitas gratia in vitam suscitata, unde mortua Synagoga.*

Ezech. 16 4. Hebr. 1. 2.

**I**N Tautologia principali, atque affinis, vel iuxta Manlij phrasem, datur ortus ad ortus. *Quando nata es, in die ortus tui:* dicitur de Synagoga. Alii Eccelesiales: *Tempus nascendi & tempus moriendi.* Claret incessivè, sed in eodem temporis instanti? Quomodo? Quod Hebraismi non devenit ingratitude! Ortus illi datus ad ortus, verum occurrit iterum interitus: equidem cum in vitam valeret videre lucem; & apertis oculis, nihil vidit nisi mortem. Sicce per Ieremiam: *Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea.* Natiuitas Synagoga gemina? Dies qua nata, & qua a matre in lucem orta? Utique: natiuitas, illius concessa natiuitati. Prima, dum è caelo accepit legem. Secunda, dum illi terra germinavit Salvatore; quem non

Iere. 10 14. Synagoga luce ceca, & vita mor tua.

cognovit, neque videre placuit: & nata est quasi non nata; quia in natiuitate mortua: tempusque dicitur mortis, in natiuitate lucis; & quaequam eius lumina Solis spectarunt ignem, verum non viderunt Solem. *Sub ortu initium habuit interitus:* inquit Nissenus, de *Virgin. cap. 13.* Talpa fuit: perivit, simulac oculos in splendorem aperuit. Lux mors: & ut accinit Symposius, *Enigmat. 21* Nox est ipsa dies, neque Sol cernitur. Lux vitam comprobatur: & Synagoga in lucem mortem spectat; quoniam ut vidit orientem Solem, elegit adinstar talpa magis tenebras, quam lucem. Nata est in die ortus: sed nascens ortum non habuit, quia mortis tempus nascendi, clausis oculis à luce.

Greg. Nil.

Sympol

Instar talpa.

a De fulmine dicitur à Plinio, lib. 2. cap.

Cor ad ventus Salvatoris ad instar fulminis

Ioan. 9. 39.

Seneca. Officia opposita Gentilitati, & Synagoga.

Gentilitatis sua dia.

Toach, Camer.

Conditio gemina Astoria.

cap. 54. Ictu de caelo fulgur auctos aperire, apertos claudere. Per oculos clausos & apertos, iuxta Pier. Valer. lib. 23, cap. 13, designatur mors & vita. Pater unde felix Gentilitas, & misera Synagoga, oriente Iustitia Sole; emisso de caelo fulmine: igitur haec infelicitate moritur, & illa in vitam mirifice revocatur; quoniam Gentilitas caeca oculos illic aperuit, & in cacitatem illa splendore Solis clausit. Venit è caelo, quò possidebat thronum, qui Sol iustitiae, in hunc mundum; ut qui non vident videant; & qui vident, cæci fiant. Ex dispositione cordis processit discrimen lucis: equidem copia lucis Solis Synagoga obcaecavit; & non potuit, ut videret: Gentilitasque in tenebris, per orientem stellam, illuminata vidit lucem magnam; ita ut gratia vite restitueretur ad lumen, ubi Synagoga talpa invenit fulmine mortem. Talpa oculos habet iuxta AA. praefatos; ceterum renuit aperire oculos, quia fugit lucem: Synagogaque signat obcaecationem; cum coram Solis radijs sine lumine staret, quasi oculos non haberet. Apposuit Seneca. *Ex illo die* (inquit de *Consolat. ad Marciam, cap. 20.*) *quò primum lucem vidit, iter mortis ingressus est.* In ipsa vita mors? Ab illa in tenebras malignè conversa lux. Solem speravit, sed advenientem desepxit. Quærenti Gentilitati indicavit, verum illa non quaesivit: ingressa est mortem, ex quo primum vidit lucem: igitur cum conitaret ex ipsa natiuitate; neque dignata videre Solem. Unde in gratia vitam assumpta, & Synagoga in oriente Solis mortua; quoniam oculos aperuit, dum Synagoga reclusit: equidem caeca & obcaecata minime Solem adoravit, quia non cognovit: non cognovit, quia non quaesivit: non quaesivit, quia non venit; & non venit, quia non vidit. Haud habuit, executionem: ideoque pro radijs à Sole pariter fulmen; ubi Gentile genus, ut ait Camerarius. *Centur. 2. Emblem. 94.*

Lumine captum, Celesti donec restituitur ope.

3 In loco ubi fulmen cadit, Plinius singularem gemmam oriri dicit. Nominat Asteriam & Cerauniam, & nonnulli vocant Iridem. Non alibi invenitur (inquit, lib. 37, cap. 9.) *quam in loco fulmine icta. Asteria principatum habet proprietate naturae; quòd inclusam lucem continet, & transfundit cum inclinatione; velut intus ambulans,*

*tem, ex alio atque alio loco lucem reddens: eademque contraria Soli regetens candidantes radios; unde nomen invenit: diffusis ad calaniam. Intus à centro quasi stella luces fulgore: & quidam causam nomini reddunt; quòd aëstris opposita fulgorem rapiat, aut regetat. Habere intus stellam concursantem; sed quae relinquebat. Vocaturque ex argumento Iris, nam sub tecto, percussa Sole species & colores arcus caelestis in proximis parietes eiactulatur, subinae mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. Quod in gemma naturae artificio expressum, vocatione Gentium visum. Quia sine Sole Gentilitas, est gemma, iacebat abs lucis pretiositate; principatum habens proprietate naturae: quia ut ait Grego. Magn. in *Evangel. Homil. 22.* *Est ad Dei cultum prior est Synagoga, quam Ecclēsia Gentium; ad usum tamen saeculi, prior est multitudo Gentium, quam Synagoga.* Necdum obtinuerat in lapillum momenta pretiositatis, quippe in eius terram non dum è caelo descenderat virtus fulminis; ut nasceretur in splendorem, quae in gratiam nec haberet exiguum lucem. Difficilis erat ad calandum, necia vera religionis impressionum; quamvis in illam haudquaquam sepulta mens, modò micaret è caelo lux; quia potitura exorta stella ex Iacob, cuius imaginem habebat in centro pectoris, signantem orientem Solis; igitur modò nascesceret aspectus, coram illo vibratura radios: & singulari lumine; sicut Asteris vel Iris percusa à Sole: lucem etenim quam dignata contineret, grata in Solem inclinatione transfunderet; quin removeretur unquam ab ecliptica Solis, ex quo sitienter hausit torrentem lucis.*

*Aethereis oculis hausit potentibus ignes, Et princeps astro principe gaudet avis.*

4 Vividius exponitur in Evangelio, ex Magorum officio, dilectionis demonstratio. Conceperat intus stella futurae imaginem, ut natum quaerent Solem. Orta est, quia natus est Sol: accens illos de loco in locum ad veram lucem, quippe stellam habebant concurrentem; sed post metam relanguentem: etenim eius radij, cursus duces, evanuerunt; postquam videntes Solem, reverenter adorarunt. Unde cum radios instar Iridis regeterent, colores mitterent, & terram illuminarent; ut visi Solis & communicatae lucis decerent pretiositatem; magna varietate sui auctorem admirationem: igitur illis in lucem aperta porta, quae omisso obsequio iure Synagoga clausa. *Ecce ostium apertum est*

Plin.

Greg. Mag.

Cor feculum Gentilitatis

Maseo.

Apoc. 4. 2. 1.

*in celo, & vox prima quam audivi (dicit Ioannes) tanquam tuba loquentis mecum, dicens: Ascende hac. Et ecce sedes posita erat in celo, & supra sedem sedens: & iris erat in circuitu sedis, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes: & de throno procedebant fulgura & voces & tonitrua. Tota visio, iuxta Alcazar hic, est speculum nativitatis Salvatoris, atque vocationis despectæ Gentilitatis, ante thronum sicut iris apparentis, cum honorè lectus; cui summe maiestatis thronus concessus, a quo expulsius Iudaismus: etenim si necessaria vis fulminis, ut coloribus Iridis gemma nascatur Asteris; ne evanesceret in pretiositate gemma; de throno etiam procedebant fulgura. Unde in Gentilitatem tanta gratia; ut illi in celo nova aperiretur porta, & gloriæ introduceretur, ubi Hebraismus a thronis excluderetur? Ut lucem accepit, splendore reluit: coram Sole radiante radios regeffit: equidem iacens in tenebris, visione nascentis lucis, adinstat Iridis, conversione mirabili reddidit colores. Prius non venerat, quippe lucem non viderat: non quæsit Solis gratiam, quia non habebat in ducem stellam; cuius signum continebat intus, sed in caelestibus nullus apparebat radius. Perperam querere & adorare quibat, quem non cognoverat. Synagoga lucem habuit, sed quem debebat cognoscere, non cognovit. Gentilitas quæsit Solem, ut in stella lucem vidit: ut quæsit invenit, & inventum adoravit; dum Synagoga (vel indicans) ire renuit. Vox utriusque facta est: & voce facta, dum Synagoga clausa, Gentilitas aperitur caeli porta; quia ei concessit Sol Iustitiæ dignitatem, quæ vocata respondit ad primam vocem. Tota aviditas Gentilitatis tendebat in ortum Solis, ut exiret de tenebris cæcitatatis; quippe quantum explorabat leve lumen, ut miris obsequijs demonstraret amorem. Atruxit studia mirabili promptitudine: vis enim fulgor nunciat; cum *Ecce Magi*. Præventa erat adoratio, simul atque radiaret Solis cognitio. Synagoga, dum Christus ad illam venit, non quæsit. Ille ingratitude atque amoris iure respondit: igitur ut repulsi acciperent in Ecclesia Sponsa thronum; ecce *Magi* adoratores fausse ab Oriente venerunt.*

Matth. 2. 1.

Ibi. 6. 2.

5 Hinc de Hebræis à Vate Evangelico prædictum: *Audite audientes, & nolite intelligere: videte visionem, & nolite cognoscere*. Idem, non intelligetis, nec cognoscetis audientes; ut dicit Paulus,

*Actor. 28. 26.* A Magis eundem audiverunt natum promissum cælestis Regem; sed quasi non venisset, spreverunt cognitionem. At quæ visio inducta, vidit ab illis præmissa intelligentia? *Cuius Dominum (ait) sedentem super solium excelsum & elevatum, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum: Plena est omnis terra gloria eius, & domus repleta est fumo.* Dum Deitatis visione, orbis gloriæ illustratur claritate; templum, ubi thronus eius, fæde obscuratur fuligine fumi? Sedens super solium excelsum & elevatum, est Verbum in sinu Patris: ea quæ sub ipso erat, Verbum conditione hominis; ex quo omnis terra gavisâ, quoniam gloria habitavit in terra nostra. *Significat adventum decime maiestatis (hic Hieronym. infit) postquam terra repleta est gloria Domini; Iudeorum templum impletum est ignorantie tenebris, & caligine & fumo, qui noxius est oculis.* Ex adventu maiestatis divinæ solit teris lumen gloriæ. In illa erat cæca Gentilitas umbris erroris, sicut in templo Synagoga illuminatione legis: templumque fumo, & caligine obscuratur, dum universa terra gloriæ venientis repletur; quoniam Synagoga perlicitè proterve cæca, radijs quibus Gentilitas cælestis illuminata: etenim oculos vigilanter aperuit, dum illa fumo ad lumen lumina clausit. Ita Gentilitas ex tenebris errorum, feliciter ascendit super occasum: igitur ex occasu Synagoga, Sol ortus Gentilitati. Aliena merito iudicatur, quippequam eius studia ad Numina falsat propria reputabat Synagoga; quapropter ad illam venit, verum illa non cognovit, repleta fumo arrogantia, dum terra illustrata maiestate gloriæ: radijsque Solis nascentis alienos illuminarunt; quia propria non receperunt. Ad illam Salvator venit, ut repletet maiestatem verum pro radijs operata iacuit caligine fumi; quoniam ita furor eius mentem obscuraverat, ut nec videret, qui ad illam advenerat. Non venerat in Gentilitatem, adventus tantæ maiestatis dispersit dumtaxat locum; sed illa ad Solem venit, quæsit, cognovit, adoravit: & pro templo oppio fumo, fumosa splenduit illuminatio; quippe Sol qui apparerat in angustam maiestatem Synagoga, in gloriam orbis totius illuxit Gentilitati. Paret, quomodo obscuratum est aurum, & mutatus color optimus. Claritatem cognitionis polluit fumus: umbrarumque Gentilitas splenduit illuminatione, dum splendori Synagoga terra est immissa caligo; quia respuit Solem splendidam,

A Versi 1.

Hieronym. nym.

Illi comi census Synagoga thronum

Verf. 15

Hinagri tudo in Synagoga transfijt.

Arator. 1. A. d. 2. v. 324.

Ioan. 5. 4 6.

Egrè iacuit, quo usque Deum bonum vidit.

Verf. 8.

Verf. 15

Hinagri tudo in Synagoga transfijt.

super solium excelsum & elevatum, assumpta splendore carne, in superioris manifestatione gloriæ.  
 6 Ut paralyticus in Piscina Gentilitas cum iacuisset, & Christus cognovisset, quia iam multum tempus haberet; levare, erigere atque sanare ab ægritudine voluit: dixitque illi: *Vis sanus fieri?* Nihil ulique respondit, nisi quod hominem non haberet. *Hominem non habeo*: perisset etiam cum diuturnitate inveterata egritudo: igitur (tot erroribus aggregata paralyti, tot tenebris cæcitate) ut valeat in veram salutem animus, atque medicum querat; neque motus hominemque dicit non habere, qui ita prostratum in salutem posset ducere; quoniam Gentilitas semper perpessura paralytum, quousque Deum videret hominem. Tunc Christus, antequam illa illius haberetur notitia; dixit illi: *Surgere & ambula.* Salus Salvatoris profectò innuitur; concessa statim, antequam cognosceretur. Liqueat Historia Magorum, dum ad illum sanitatem Salvator in Orientem misit astrum; cuius luce cum furexissent, ab Oriente venerant, ut cognoscerent: equidem Salvatorem non cognoverant, per quem ut furenter, mentis salutem acceperant. Veniunt, à Synagoga inquirunt, *Ubi est?* Illa nescit, ubi lux, neque quis sit, Gentilitas ut paralyticus surgit: *Nunciatum Iudæis, quia Iesus esset.* Ægritudo paralyticæ transiit in animum Synagoga, videntis miraculum, quin vellet movere gressum: igitur ita vallata caligine, ubi Gentilitas illustrata claritate, Solem quæsit; ut Synagoga nunciaret: quod qui natus, Iesus esset. Ab illa signum in cognitionem inquirit; verum Synagoga plena fumo non cognovit. Obijcitur sanè cæca, & quomodo facta sine scripturis Synagoga magistra: equidem lumen Solis indicavit, antequam Solem videret: construens priusquam accepta Salvatori nato, obsequium; quod per illam Synagoga cognosceret Solem natum. A Synagoga Salvator expectatur, verum præsens non videtur. Gentilitas necdum viderat, & per stellam signabat, cuius officijs & gratia, eius designabatur præcedente: igitur impulsit in excelsum superiorem magnitudinem, quod per cæcam, stultam Gentilitatem, cognosceret Synagoga advenisse Redemptorem.  
 Quæ latere diu nudavit mystica templi: *Plenaque per Gentes de spinis pullulat vena.*  
 7 At quomodo Synagoga à Gentilitate doceatur in Scriptura; in qua Gentilitas à Synagoga docenda? Quia litteras habebat

ad oculos, verum præteribat sensus. Nolit intelligere, ut bene ageret: Gentilitas intellexit, atque Synagoga litteris, invenit Orientem Solis. Unde cum à Synagoga, cui Dei eloquia credita, Scripturas Gentilitas accepisset; a qua docenda, Synagoga docuit: venit, quæsit, invenit, quin Synagoga inveniret, nec quæreret radios illuminationis; quoniam venientibus Magis, illa mansit sine litteris. De lapide Iudaico ait Isidorus 16. *Origin. cap. 4.* & Dioseotides, *lib. 5. cap. 155.* *Albus est, atque in sebumate glandis, scripturis sub invicem maculatus.* Numeratur inter lapillos preciosos; sed sine litteris, nullus pretij: quapropter à Græcis dicitur *Gemma Gramma*; subdit hic Chaconius, cum Alvaro Gometio. Elucet in symbolo, quod orto iustitiæ Sole, contigit Synagoga & radii Gentilitati. Illa gemma pretiosa, scripta mylteris fuit; quippe illi diutine sunt tradita eloquia Dei: at cum in honore esset, non intellexit: intellexit Gentilitas, cum legisset. Quæsit, invenit, Solem vidit, adoravit, in se transferens gemmæ Iudæicæ pretiositatem, litteris Synagoga requirens Solem. Unde cum esset Synagoga sine scripturis; atque pretio litterarum mansit dura tamquam lapis. In litteris debebat testimonium habere, ut comprobaret ius Solis cedere sibi. Ex illuminatione Gentilitatis claritas secum attollit gemmæ Synagoga litteras sicineque despecta, quæ pridem gemma pretiosa: quandoquidem in votum lucis requirens legitimum testimonium; in lapide pretioso Scripturæ neque signum: nec vestigium splendoris; quippequam sine litteris, mansit Synagoga in albis. Incarnato Verbo, atque posito in terra obiecta Iacobi scala. Tunc Gentilitas scandit, & Synagoga descendit: equidem suscepta illuminatione lucis, Sol iustitiæ ex illorum habitavit inter Gentes, quæ annuaverunt opera Dei, & facta eius intellexerunt.

8 In sycomoro (quia sicus factus) Synagoga, & in Zachæo Gentilitatem fuisse expressam; ait Chrysothom. Homil. de Zachæo, & Ambrosio in *Luce. 1b. 8.* Synagoga ut arbor habebat folia Scripturarum, sed ut sycomorus faciliatè fructum, sibi dumtaxat blandiens de sonitu & ornatu viridantium foliorum. Gentilitas videre Iesum quærebat; sed quia ut Zachæus, statura pusilla, brevitate non poterat. Hinc ut fatiaret stimulus desiderium; præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut videret eam; quia inde erat transiturus. Inde, perproprie. Sui cum non receperunt: &

Isidor.

Chacon

Quand gemma Iudaica

ASynagoga Gentilitas v. a. puris scripturas factas.

Luce. 19

Christus à Synagoga transfijt in Gentilitatem.

ibi affuturus, verum per transitum; quippequam inde transiturus in habitacula Gentium. Pridem Gentilitas stabat, quia nec audierat. Audire, videre cupivit: & illam vidit Iesus, antequam Iesum videret, cognitionis studio, à Christo adhibito obsequio; ut clareret per transitum, Synagoga reprobat: igitur cum hæc ne videret, sciret; Gentilitas audiens, ut videret, præcurrit. Hinc ascendit, ut videre Salvatorem concupivit, ut occurreret præmium, simulac concepit votum: etenim ut inter-næ vocationis accepisset lucem; habitura sine dubio status elevationem. Super arborem ascendit, ut Christum videre posset. Non habere ullam de Salvatore cognitionem, ni fatua ficus Synagoga ascendisset in arborem: equidem cum essent in illa literarum elementa (quæ Salvatoris inquirendi signa) non inveniret, nec videret illum; nisi per expansa folia sacrorum testimoniorum. Christus Gentilitatem non vocavit, priusquam in arborem ascendisset; ut super Synagagam fatuam ascenderet: unde ut inveniret, legente, studiosè Salvatoris signa; mansit in cognitionem Synagoga ficus fatua: etenim illum Synagoga non vidit, & Gentilitas notitiâ Scripturarum invenit. Hinc in cruce Christi vestis dividitur in quatuor partes, indivisa tunica fidei (mansura sine læsione forti felici Gentilitatis) in quatuor partibus orbis; quin in Synagoga nuditatem & solatium remaneret neque filium. Melius Soula sic accinit de Passion, Cbrist. à v. 760.

*Vestes*  
*Divisit Romana cohors ipsius, & illas Quatuor in partes, totide consortibus equas. Indivisa tamen tunica est & commoda forti.*

9 At forti cuius? Scrutare præfatum testimonium. Ascendit Zachæus in arborem sycomorum. Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Descendere iubet, postquam ascendisse conspexit. Si Gentilitas maneret ibi, maneret in Synagoga fatuitate (sine usu testimoniorum, in foliorum sacrorum fructum intantum) & ut fructu potiretur, à fatua sic descendere à Salvatore imperatur; quoniam minime videre faciem quibat Salvatoris, modò maneret sub foliorum umbris. De sycomoro refert Solin. cap. 35. *Sensum intercepti, gressum præpedi, linguam retardat, obsequi officijs mentis & corporis, imitatur vitium ebrietatis.* Floridum symbolum. Fatua Synagoga instar sycomori frondet: sub umbra illius quem deside-

Ibid. v. 5.

Solin.

Cant. 2.

raverat, sedit. Hinc fatua, quia ab illa tantum desideratur umbra. Ab umbra debet procedere in splendorem fractas, ut fractionis flosculis daleceret pectus: equidem qui iuxta lumen, folide in umbra sedet; non solum sedet, sed iacet: natoque Sole iustitia, fatuitas indicatur Sinagoga; igitur coram Sole nil obicit splendoris, quia iacens sedit in umbris. Aliter Gentilitas sese gessit in Magis, Solem querentibus, ut ex umbra arboris fructus esset dulcissimus. Arborem ascendit, ut in folijs Synagoga fructus haberet noticiam; sed illic descendit Solem querens per umbram. *Cum audissent, abierunt.* In umbram foliorum sacrorum venit, ascendit audit, forsque non sedit, descendendo recessit. Signa illius, quem desideraverat in umbra quasi vit. Signa in frondibus cognovit, cognitis signis descendit, per umbram (illam defrens) splendorem vidit: apparuit Sidus: *Ece stella, quam viderant, antecedebat eos.* Patet umbra derelictæ fructus: equidem si ibi maneret, Salvatore non aspiceret; sicut Synagoga fatua, quæ sedit, ut requiesceret tantum sub legis umbra. De Synagoga tenebris lumen splenduit, dum sibi illa misit tenebras & obscuravit: igitur iacuit; quippequam fatua in umbris sedere voluit. *O memora! à rigua frondosa cacumina slo!*

*O latebre! Frustra anxia requirit opem.*

10 Arbitror altius in testimonio latebre secretum, delicandum, ex Versione Rabinorum. *Sub umbra illius, quem desideraveram (Rab. Kimhi & Salomon: Quam desideraveram) sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.* En Synagoga atque Gentilitatis discrimen. Illa desiderat Solis umbram, illhæc Solem.

*O quoties ego ter Quoties Mi Sponsa, vocavi, Ut semel illa meli conderet umbra capui!* Quid ergo in illum impellebat Synagoga? Umbra dumtaxat in umbram.

*Hic ego, si licet, dixi gemebunda sedebis; Cuius erat toties umbra perita mihi.*

Opposita utriusque vota; quia Gentilitati faulta, & Synagoga infelicia, iuxta adversa desideria; cum hæc in arbore quereret umbram Solis, & illa per umbram fructus dulcissimos lucis. Huius fructus utriusque palam in dulcorem fuit; quippe, per umbram signatus, ortus utriusque erat Sol: nullumque Synagoga, uti sycomorus, habuit fructus in dulcedinem; quoniam sedens in umbra noluit requirere lucem: Gentilitatque illuminata, illum querens in umbra, nacta est fructus suavitate; quoniam per umbram felix pervenit ad Solem. *Inven-*

Coram  
 Sic Synagoga  
 sed in  
 umbra.

Luc. 19.  
 v. 5.

Math.  
 23.

Ibidem.

Herm.  
 Hog. 26  
 Vol. 144

Ubi sup.

Ibidem;

Ibid.

Gentilitas  
 in banc  
 habuit  
 quicquam  
 quicquam  
 venit  
 ad Solem

Math.  
 d. v. 11.

runt puerum, iuxta cordis desiderium: quandoquidem per intensi amoris flammam; in umbra illum quærebant, non umbram: *Intrantes domum, invenerunt puerum.* Ascenderunt in arborem, sed descendentes aspexerunt Salvatore: & ingredi Synagoga nequiebat; quia stultè & fatuè in eius umbra sedebat: habens arborem in herbè; cæterum sicum fatuam, quia sine fructu.

11 Ulterius. Ob huiusmodi Synagoga fertilitatem, & Gentilitatis miram illuminationem; dixit Salvator Zachæo: *Hodie in domo tua oportet me manere.* Quem ergo oportet? Zachæum, vel Dominum? *Me, Salvator ait:* manere in Gentilitate desiderat, quæ Iesum videre cupiebat. Ut videre posset, in sycomorum ascendit; sed non videret nisi descendisset: equidem cum arbor illa esset Synagoga (quæ sedebat sub foliorum umbra, in qua non videret Salvator, sed per illam tantum cognitio eius obtineret) ni Gentilitas ascenderet, non cognosceret: & ni descendere, non aspiceret; quippequam Solis intensa flamma nunquam videret in umbra: nancisciturque Zachæus aspiceret Salvatore: quoniam descendens Synagoga derelinquit fatuitatem. Oculi eius super Gentes respiciunt, & sanabiles facit nationes Gentium: equidem si modò per illum adipisceretur salutem, nunquam acceptam relinqueret fidem: dulcis enim illis fructus, si semel optata induceretur salus; ubi duræ cervicis propter eundem Synagoga, sine ullo fructu fatue sedebat sub umbra. Appositè Hieronymus articulo Chananae, cuius filia sub demonis potestate. *Scribis & Pharisæis derelictis* (iubet Commentar. in Math. 15.) *transgreditur in partes Tyri & Sidonis; ut Tyrios Sidoniosque curaret. Mulier autem Chananaea egreditur de finibus pristinis, ut clamans filia impetret sanitatem. Ego filiam Chananae puto animas esse non creditissimas, quæ male à demonio vexantur, ignorantes creatorem & adorantes lapidem. Iesus respondit: Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel. Non quod & ad Gentes non missus sit; sed quod primùm missus sit ad Israel, ut illis non recipientibus Evangelium; iussa fieret ad Gentes transmigratione. At illa venit & adoravit eum.* Prius retinuit adorationis studia, quippe à diabolo possessa: verum ut cognovit gratiam, Salvatoris flexit pectus, quamvis ad illam non missus. Prius non adoravit, quia non cognovit: ut cognovit, citò venit: & ita fe insinuavit, ut obtineret Salva-

Luc. 19.  
 v. 5.

Math.  
 23.

Ibidem.

Sapient.  
 1. v. 14.

Synagoga sine fructu.

Hieroni.

Math.  
 23. v. 17.

Cor Gentilitatis  
 fidem mag  
 nat

toris gratiam; quòd diabolo expulso reciperet uti filiam: prius enim veniret & adoraret, si prius Salvatore cognovisset: etenim statim fide concurrat, ut ad illam Salvator ex proposito venit: videre & adorare quidem satagebat Salvatore, ut ad eius firmam fidem & filia expelleret demonem; cuius technis, erroribus umbris opitum lumen in veræ cognitionem Deitatis. Iluxit, illa in lucem venit, tota fuit fides: quæ ita tenebras illuminavit rationis; ut non solum in Gentilitate fides esset plena, sed *Fides magna*: quandoquidem ex quo venit, cognovit, & adoravit; gratiam & fidem Salvatoris non deseruit. Hac enim de causa congruit Salvatori, in domo Zachæi manere. Non in Synagoga (quæ fide fluxa) accipiente Salvatore cum ramis, ut post suspendat ligno ignominioso crucis. Zachæus ergo à sycomoro descendat, ut in eius domum transeat Salvator & maneat; quippe non fructus per arboris legis umbram, ni per legis umbram veniat Gentilitas & perveniat ad gratiam; eligentem quidem in mansionem Gentilitatis domum; quippequam nec aliquando desinet facere fructum.

*Semper ditabere pomis.*

*Sub tua purpurei venient vestigia Reges.*

12 Plura tantum subindicanda, fufius à lectoribus exponenda; ne ultra morem torgeat Didascalia, sed ut conlee sine ullo fructu reprobata Synagoga: à qua ablatum Dei regnum, & genti concessum facienti fructum: etenim si terra Gentilitatis sicca, & vellus Synagoga rotatum gratia; post sicca terra plena rore, & siccitas (proh dolor!) in follo vellere. Accinit Tertull. *Advers. Marcion. a. v. 94.*

*Vellus erat populus ovium de femine sancto; Nan vellus varia gentes, susaque per Orbem. At populo inducilli merito sua culpa relicto, Florentes fide Gentes in laude receptæ.*

Sicca (adveniente de celo rore) Synagoga vilita; & ros apparuit in Gentilitatis terra sicca & iniqua. Synagoga ex Egypto in terram promissionis educitur; sed in illam non ingreditur: *Qui viderunt materiam meam & signa, quæ fecit in Egypto, non viderunt terram.* Populus qui creabitur laudabit Dominum, cuiusque maiestas transibit ad populum alterum, illis etenim terra concedetur promissionis, qui nati in vasto deserto Gentilitatis. Hinc in area Ierusalæ erigitur templum, qui prius desitit adorationi idolorum. Haud in Hebraicis ditionibus, Sanctuarij figuræ situs: equidem veræ fidei, atque templum veri Numi-

*N. 14. v. 22.*

2. Reg.  
 24. v. 18.  
 1. Paral.  
 21. v. 18.

A 2 2 2 nis.

Verf. 18

Claud. a  
 Præp.  
 v. 395.

Iudic. 6.  
 à v. 37.

Tertull.

N. 14. v.  
 22.

2. Reg.  
 24. v. 18.  
 1. Paral.  
 21. v. 18.

Iosue 3, 4. & 9.

Gentilitas flo-ruit, un- de Sina- goga a- rjet.

March. 3. a. v. 7.

In Gentili- tate: Ec- clestia ori- gatur is- raelium.

Iosue 2, 6.

nis, erigendum ac mansurum in arvis Gentilitatis. Ut cum arca fœderis fuerit trans- tus in terram promissionis; duodecim la- pides ex alveo Iordanis educuntur, simul- que ex sicca terra alij duodecim in flumine collocantur. Nobile profectò signum, in felicitatem Gentium: igitur Gentilitas summersa in lucem extollitur; ubi Synago- ga cervicax in profundo suffocatur: Pro- patribus nati sunt filij, & Principes consti- tuti; quin princeps essent patres: etenim si uti lapides in Iordane sedebant ut sepul- ti in umbra mortis; ut elevarentur fursùm, lux orta est eis. Cogitatio est Augustini, serm. 106. de Tempor. & Tertulliani, lib. 4. Contra Marcion. cap. 13.

13 Duodecim lapides Iesus supposuit, undè duodecim eduxit. Iuxta Augustin. d. Hi typus fœre Iudæorum, & illi figura Gen- tium; quarum conversio signata fuit à Præ- curfore dicente, in reprobationem Syna- gogæ, pro Gentium felicitate: Progenies sperarum, potens est Deus de lapidibus istis suscitare filius Abrahæ: filius Abrahæ fuit Zachæus, qui Gentilis; metamorphosi mirifica conversionis: duodecimque lapi- des Gentium locum occupant Iudæorum; quoniam dum educti ex aqua, filij Abrahæ mirâ conversione sunt; sedent super sedes duodecim in iudicium Israël. Causa subest. Iesus arca extructa lapidibus, quos singulis tribuum principes ex alveo sustulerant, ut monumentum esset; sacrum in ea Deo fecit. Ita Iosue, 5. Antiq. cap. 1. & Petr. Comest. in Iosue, cap. 3. Elucet Synagoga per sum- mersionem lapidum reprobatio, atque in Ecclesiam Gentilitatis electio, ara ex lu- nis lapidibus efformata in monumentum; quippe erigendum in illa veri Numinis sanctuarium. Ut sit signum inter vos, dicit Hebraïsmo Iosue, Cuius signum? Sortis fœultæ Gentilismi, atque scævæ Synagoga, in qua signum nequaquam monumentum; sed monumentum; quoniam ibi in Eccle- siam Gentilitas est erecta, ubi Synagoga infelicitè sepulta. Aliud latet mysterium. In his lapidibus scriptum Deuteronomium (sicut post in lapidibus Garizim, & Hebal, ibid. cap. 8. 23.) asserit Rab. Levi. Hinc sepulchrum Synagoga, & felix assumptio Ecclesie, lapidibus proiectis, & à huminis profunditate in scripturam eductis: equi- dem simulacraque Gentilitati sacra legis scriptura; sine lege in profundum fuit pro- iecta Synagoga, & suffocata.

14 Videor mihi videre huius arcanum anigmatis, in primis & secundis tabulis Moysis. Adduxit illas lapideas ad duram

cervicem populi, cum scripturæ decalogi- at cum ex legem populum afflixisset, tabu- las contionò fregit. Aliâ exponitur causa à Philone Biblio in Antiq. dicente: Vidit Vi- tulum, & respexit in tabulas, & vidit quon- tiam non erant scripte, & confestim con- fregit eas. Alij Rabbi in apud Galatinum, Littere avolarunt in montem. Secundæ ius- fu Dei præparantur ad legem; in quibus li- teræ permanerent, quæ avolaverant, cum darentur Synagoga. Tunc Moyses splen- det, splendoreque gaudet; quia videt Scripturam in tabulis Gentilitatis secun- dis, quarum littera deletæ crimine è tabu- lis fractis. Lex transit in Gentilitatem, in qua iudeptura splendorem, quo in æter- num felix rutilat; quippe Scriptura à Syn- agoga avolaverat, florebat Gentilitate, dum illa cæcè vagatur sine lege & splendo- re. Datus est liber hic legis necienti li- teras, Gentium populo; & pridem respondit: Litteras nescio. Datus est Synagoga, litteras scienti, & dixit: Non possum: signatus est enim, Necdum populus Gentium litteras à Synagoga acceperat, quapropter in eis Salvatorem legere nescia queiebat: verum apprime legere & eligere debuit; dum eius scripturas in se transtulit. Igitur Salvatorem quaesivit & invenit ex renore scripturarum; dum Synagoga ne quæretet andax abigna- vit librum. Gentilitas enim ut legeret ac- cepit à Scripturis splendorem; ubi Synago- ga posuit super oculos velamen. Vide 2. Cor. 3. 14. Arator. 1. in Act. Apost. à v. 308.

Tecum nox sola remansit. — Raris atque senex nullis iam legibus ævi, Vernula serpis huius. At supet ipsa moveri, Que iacuit natura die, firmataque nuper Incessu proprio nova iam vestigia signat.

15 Verus Iacob decessavit manus, ut in dextra prosperaretur Gentilitatis, popu- los, & floreret fides in Gentilitate, que de- floruerat perverciâ Synagoga. Apostolis, quo Iesus fecerat hominum piscatores (quippequàm homines sicut pisces maris) dixit in littore Tiberiadis. Nenuquid pal- mentarium habetis? Responderunt: Non. Tunc Iesus: Mittite in dexteram navigij rete, & invenietis. Rete tractum plenum piscium multitudine: & cum tanti essent, non est scissum rete. Pende articulum in felicitatem Gentium. Iesus in mundi huius mare venit, Apostolos in vani Ecclesie, rete fidei piscatores constituit; sed in navi- gij sinistra nihil illorum industria invenit. Quid ergo in huiusmodi tractu dextra & sinistra? Existimo figuratum (inquit August-

Evod. 32. 19. Phil. h. 2. bl.

Galatin. Exod. 34. 1.

Verf. 29

Gentilitate con- versio Syn- agoga delecta

II. 19. à v. 11.

Arator.

Toa. 27. à v. 5.

Verf. 11

hic

August.

F. nullas fidei in Gentili- tate suber- rinus.

Luc. 5.

9. Ex quo fiat ad missa, ut quæ de- seruit.

Homor 7. Odyf. v. 119.

2. Tim. 3. 10.

Eius glo- ria pra- figurata in Ma- gorbis ste- lia.

Picinel.

hic Tractat. 122. propter utriusque generis electio, & circumcissionis & præputij. Iam in dextera Gentilitas collocata; & utri- sinistra, derelicta Synagoga: igitur ex illa multitudo inerat; ubi per piscatores in Synagoga prava nihil invenerat. Frustraba- tur labor, peribat piscantium sudor, dum Synagoga in rete fidei volebant intrare; sed cupiebat rete rumpere; quin evanesceret piscatorum fructus, in mari magno & spatio- so manibus; igitur rete reflexo in Gen- titatis dextram, traxerunt ex illa faulstè multitudinem copiosam. Hinc constat fides & amor Gentilitatis, posito fructu, in Synagoga evanido. Ex Gentilitate multum tulit: & quamvis magnis piscibus copio- sum, rete ab illis non est scissum, in Gen- titatis gloriam, & Synagoga ignominiam: equidem ex quo semel intravit in fidei rete; numquam defecit à fide. Modò intelli- gatur illud Luca: In captura piscium, quam ceperant. Quæ piscium captura non capta? Quæ piscium ex Synagoga, ex qua plures exierunt, qui in retia fidei intarant: & pro insigni Gentilitatis gloria, dicitur captura capta; quia ex quo in rete fidei intravit, multitudine fidei numquam exivit. Non in- venit Iesus tantam fidem in Israël: equi- dem semel illius. Numinis amplexâ fide, numquam est scissum rete: imò semper novis fructibus florebit, ut piscata Salvatoris lumen felix cognovit.

Arbores proceræ crescebant florentes: Ex his fructibus numquam perit, neque defecit. 16 Huiusmodi gratia (inquit Paulus) manifestata est nunc per illuminationem: (Ala- pid. Per Epiphaniam) Salvatoris nostri Iesu- Christi: qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam, & incorruptio- nem per Evangelium; in quo positis sum ego prædicator, & Apostolus & magister gentium: Gentilitas iacebat cæca, quous- que Salvator venit non erat illuminata Fidei Evangelij in vitam aperuit oculos, & ab illa cognitus veri Numinis radius; quo pervenit ad fidem: Paulusque simul signat ad vitam illuminatam, incorruptionem; ut simul fulgere honor, ac Gentilitatis amor: etenim destructa morte errabundæ idololatriæ, permansit semper in incorru- ptione fidei. Dixi in Litter. exposition. n. 26. Abarantes Soli orienti maledicere. Syna- goga est imitata ritum, quando fugit Solis ortum. Oritur Sol, sed illi occidit; quippe maledicentis radios cognoscere renuit. De horologio Solis sine acu, aut gnomone de- fstituto, dicitur: Non lumine tantum. Picinel. 21. Mund. Symbol. n. 89. Lumen So-

lis Gentilitati resplenduit; verum sine in- dice ut quæretet: gnomon in stella appa- ruit: & per eius indicem flammam, ad So- lem monstrant Regibus atra viam: igitur intrantes domum, invenerunt Solem pne- rum. Insigne primi Imperatoris Romani fuit Stella in fronte. In fronte Gentilitatis huiusmodi astrum: quid si supra Synago- gam nancisceretur imperium; dum illa ne videret è celo in præsepi lumen, lapidavit maledictione Solem? In Regibus nocter expressus, tamquam in principijs, fidei ani- mus; ut effluens initium aliquod creaturæ eius: & feliciter Gentilitas triumphet, ubi perduellus Synagoga cadit.

Nulla te celo rapiet ventus. Tu comes Phœbo, comes ibis astris, Luce perenni.

DIDASCALIA II. Prædicationis forma est Præ- dicatoris vita.

1 IN munia Prædicatoris doctrinæ, scopus dirigitur Didascalie; igitur interdum diversis cogitationibus femi- nans, depravatur præcibus generositas feminis: & quæ expectatur in fragrantiam uti rosa, urens apparet urtica. Tribus mo- dis (inquit Bernard. serm. 32. & 68. de Di- vers.) providemus bonâ coram hominibus; id est, habitu, actione & sermone. Habitu, ne sit notabilis: actione, ne sit reprehensibi- lis: sermone, ne sit contemptibilis: de quo Tautolog. seq. Didasc. 5. Unde Ennodius in Natali Epiphaniæ, à v. 34. — Bene conscius oris, Murmuris & soliti complectere Principis aures, Pondere, voce, sono sensu, probitate, pudore, Quis gaudet mutuis, cum non sit gaudia mundi.

Hic ergo exponendum, quare defectu ha- rum dotium, sacri seminatores vel parvum, vel nullum referunt fructum, Disam ex Ovid. 5. Metamorph. fab. 8. — Arvaque iussit Fallere depositum, vitiatæque semina fecit. Fertilitas terre latum vulgata per orbem Sparsa iacet, primis segetes moriuntur in herbis: Et modò Sol nimius, nimius quoque corri- pit imber, Sidere nunc, ventique nocent, avidaque volucres

Horat.

Prædica- toris do- cet. Bernar.

Ennod.

Sine qui- bus pe- reunt se- getes.

Ovid.

Sc.

Semina tacita legunt, loliumque tribulique satigant

Triticum messes, & inexpugnabile gramen.

Jerem. 20. 14.

Concio nansit exempli necessarium.

M. it. 11. 29.

Marc. 4. 24.

Senec.

Cur audientis speculis similes?

Ovven.

Marc. Scii.

Exod. 17. 1.

Alpid.

2. Ortus & ortus exponantur in principali Tautologia; ut in predicante nata nascatur doctrina; visa virtute in verbis, quae animi vocis, qua illuminantur audientes: & post ortum doctrinae Vates exponit doctrinae nativitatem; quippe sine predicantis exemplo in lucem nata, nata minime in lucem: quandoquidem dum nascitur, moritur; & simul extinguitur, dum accenditur. Disceite a me: dicebat in praedicatione Dominus. Modum in imitationem indicat Marcus: Dicebat illis in doctrina: inquit. Sese exposit imitandum in virtutis gloriam: signatque in dicendo meditante doctrinam; ut praedicatoris exemplo, constet vera praedicatione: etenim qui verbum seminat, quantumvis plurima iactet, sine virtutis ornatu in doctrina nihil dicit. Zenonem Cleanthes non exprisisset (ait Senec. Epist. 6.) si eum tantum audisset. Vite eius interfuit, serena perspicuit, observavit illum, an ex formula sua viveret: plux ex moribus, quam ex verbis traxit. Nec in hoc te accerso tantum ut proficias; sed ut prosis. Econtrā esset prudentior sententia, cum ex verbis elacerent mores: equidem tunc magis concionator ceteris proderit; quō plus in virtutibus profecerit: voces enim nequaquam imitantur, sed quae vident in exemplum. Hoc intuitu proprie speculo conferuntur. De hoc Ovven. lib. 4. Epigram. 29. Accendit: Cum dormis, oculos claudis; tecumque moxeris.

At tu dum loqueris, dicit imago nihil. Verbis student plerique scioli, studentes vanitati; quos taxat Marc. Seneca, praefat. in lib. 1. Controvers. & etiam in Procem. ad lib. 4. Scripta sua torquent, qui de singulis verbis in consilium veniunt; dum omittunt necessaria, ut sequantur speciosa. Auditoris specula sunt; dum in excitamentum virtutum auditur vox: equidem dumtaxat ad illas motus representant & opera, nequaquam verba: reputant tantum ut verbum, quem vident motum.

3. Data est columna splendoris peregrinis Israelitis, ut eius ducatu pervenirent in terram promissionis, & de Sin profecta est multitudo filiorum Israel, per mansiones suas iuxta sermonem Domini. Nil constat tunc dictum a Domino. Unde ergo Domini sermo? Columna motu: subdit Alapid. Motus columna dicitur iure verbum & verbum Domini; ut dicant

loqui praedicatores, ad auditum potius oculorum quam aures: igitur verbum in excitamentum perfectius, modo ad virtutem in dicente detur motus. Instar huius columna illuminantis; concionatoris sunt voces; quoniam splendore sapientiae, doctrinae illuminatione, ducit errantes in feliciterum terram promissionis. Lux semper est columna illuminabat, sed populum non semper in profectioem movebat. Non fat lux illustrum doctrinarum in commotionem cordiunt: movet illuminantis exemplum illoque (ut columna, quantumvis lucida) stante, populum non proficitur; quippe in ulteriora nil moveatur, non moveatur. Cunctos sane illuminabat, verum sine motu luce tantā nil dicebat; ut virtus splenderet praedicationis ex operibus atque motu illuminantis: & in columna ductricis speciali motu, caelestis signatur sermo; quia splendore doctrinae vere praedicator loquitur, ubi primus ad illam tanquam exemplar moveatur. In praedicationis opus, Ut moveas alios, tu moveare prius.

Etenim sine motu columna lucens, mirificē splendens, ut populum in profectioem moveat; errantes, atque vagantes errore, quasi non illuminaret. Tunc splendidiore scientiae luce praedicator loquitur, ubi iuxta verborum splendorem operatur. Patuit in columna, cuius motione audiebantur verba: etenim exemplū ut populus vidit motus, posuit in via velociter gressus suos.

4. Post eum lucebit semita: dicit Iobus. Luceat ex operibus doctrina. A Praedicator demonstratur in virtutem semita verbis; verum non lucet sine splendore operis: & in opere & verbo Praedicatoris, dicitur lucida semita; quippe invitat ut eius imitentur vestigia: quandoquidem solo sermone eloquentia, in virtutis iter arduum procederet sine luce. Hinc columna non sequebatur, sed praecedebat populum, ut eius sine errore sequerentur vestigium: etenim profectio audientium procul obice in virtutem; modo ductorem in illam aspexerint praecedentem. Praecedens columna (ait Maimonides in Halach.) serpentes fugabat, & idola contenebat. Vide dicta, Tom. 7. T. 1. D. 1. a n. 13. Nil horum operaretur si subsisteret. Hae prodigia concionantis, dum in virtute praecedit: igitur luce vitæ, aequae doctrinae splendore, ut proficitur tuti; serpentes vitiorum tollit, ac simulacra illecebrarum confringit. Hic concionatoris motus loquax, dum vitā dirigit, atque virtute auditores

pra-

Con. lo. nator mo vet. m. tu.

Ovven. d.

Iob. 41. 23.

Præ. dat. ut scilicet. res. ha. best.

Exod. 17. 11.

Moyse. Ag. pp.

praecedit: quandoquidem minime eius virtutes praecedunt, si timentur serpentes, & simulacra adorantur. Eloquentia vis (iuxta Pier. Valerian. lib. 35. cap. 36.) per diducios digitos dilatataque manum exponebatur. Aliter manca eloquentia, quia sine operibus: unde Iobus. In manibus abscondit lucem: sed emittens splendorem? Uti que: descendit ab opere, quod lucem ostendit; & sine quo ipso splendore non lucret equidem parvi momenti summa eloquentia subtilibus, rutilis cogitationibus; si in audientium documenta lucem abscondit in manibus. Additur Hieronymus. Disce (ait Epist. 2.) quod doceas. Non clamor populi, sed gemitus suscipitur: lacryma auditorum laudes tuae sint. Anima Concionatoris gaudet, dum populus sibi displicet.

5. Cum Maxillus Rhetor exilitatem orationis imputaret ariditati argumenti, diceretque; Necesse est per spinotum locum ambulatē, suspentos habere pedes: N. n. enim (respondit Latro Portius, ut refert Erasim. S. Apothegm. n. 13.) tui pedes spinas calcant, sed spinas habent. Erat eius, estō subtilis oratio, ficut echini marini, qui spinas habent pro pedibus; ut ait Plinius, lib. 9. cap. 31. Haec fecus orationes, quae concionatoribus carpuntur vitia, ac extollantur virtutes; has vitā fugientibus, & illa ex animo percutiuntur: equidem cum aliter operentur, quam loquantur; in eis spinas pro pedibus habent, si pedes movent: in quibuslibet verbis, quae ponderatione fantar, usquequaque miserime configuntur. Vernaculē: Como contra lo que predican obran; en cada passo se clavan. Non hoc peius, sed quod non convertantur ex aranna, dum conpungitur conscientia, & congigit spina. Hae alijs dicit (subdit Seneca, Epist. 89.) ut dum dicit, audias ipse. Scribe, ut dum scripsis, legas; omnia ad mores, & ad sedandam rabiem affectuum referens. Studē, non ut plus aliquid scias, sed ut melius. Perperam enim docet, qui doctrina non docetur; & sanitate infirmatur. Cum de admonitionibus suis emendationem alijs administrat; ipse efficitur a vitis emendatus. Ita gloriosus Patriarcha N. Regul. Sancti. cap. 2. Hae ars in nostris Monasterijs docetur, ut vel ab Erasim. d. n. 8. indicatur. Erat enim (in fine actionum genus, quo graves etiam historia solo corporis gestu sic representantur; ut spectatores plus intelligerent, quam siquis recitasset. Hae ars convenit Benediclinis. Macte mi Monachi: tuaviores, quae voces vitæ: nitetque virtutum Monasticus ra-

Pier. Va. 6.

Iob. 38. 11.

Hieron.

Erasim.

Propu. dium. aliter lo. qui; & aliter ope. rari.

Senec.

S. Bened.

Erasim.

Ar. vir. tis ex. voce ope. ris.

dus, ubi eloquium ex operibus etiam illuminat oculos.

6. Gratia gratis data sine gratia iustificante, non est gratia dicenda, sed potius ira; fuit sententia Bernardi, ex quo decerpit Gaeric. Serm. 3. De S. Benedicti. n. 1. Tunc orationes eloquentia emittunt lucem, non in usum, sed in fucata vanitatem & scientiae ostentationem; qua oculi mentis avidi non vident ex eloquentia entitates, sed species & colores. Pondus requiritur argumenti, & auditur argumentum sine pondere: qui, ut inquit Sidon. Apollin. lib. 4. Epist. 3. Miseratissimis litteris vacant: igitur per illas discunt loqui, sed nequaquam operari: verba vana, quippequam dumtaxat verba. Similes sunt a doctrina descendentes, lirarum chordis: etenim si in harmoniam percutione; alijs bene sonant, verum seipias etiam dulciores non audiunt: sibi que sunt corda in conversionem morum, quasi pulsu doctrinae nequaquam percuterentur. Quid aures scalpis? Quid oblectas? Aliud agitur (inquit Stoicus, Epist. 75.) curare debes morbum. Ad haec adhibitus es. Circa verba es occupatus? Iamandum gaude, si sufficis verbum. Quando multa dices? Quando qua didiceris, effuges tibi? Quando illa experieris? Non enim memoria tradidisse, satis est, in opere tentanda sunt. Patet igitur error, qui videtur uti fulgor. Pharus splendet scientiarum, subtilium eruditionum; sed conducit illuminans in naufragium.

7. De Pharo in insula Alexand iam propē, subdit Plin. lib. 36. cap. 12. Usus eius nocturno navium cursui ignem ostendere, ad praenuncianda vada, porrusque introitum. Periculum in corrivatione ignium, ne sidus existimetur; quoniam & longinquo similis flammaram aspectus est. Symbolum exponitur haereticis & etiam doctrinae futilis; ubi profertentes navigantibus dubiam lucem, intendunt tantum in fallacem splendorem, specie eruditionis in catholicis, & praxeru veritatis in haereticis, seductis animis in varia navigatione, vel falso lumine, vel oculis apparente: etenim fulgore alleci ex ductrice luce, in haereticis inveniunt naufragium: in orthodoxis numquam perveniunt ad portum. Ut possint inter monstra maris sine discrimine in litus naves appellere, Pharus praedicationis illustratur lumine; quoniam favore illuminationum, illic naves pertransibunt, ut cum mercibus virtutum, inter scopulos phocas evadant vitiorum: misereque haerent, nec renigens navem ulterius movent, dum contantur

Gaeric.

Sidon.

Aliter. praedicatoris citata a similes.

Senec.

Pharus Alexandria. Pila.

Symbolū haereticorum

pro

proficisci luminis ostensione; quoniam si tantum in ostensione lucet, ipso splendore in tenebras evanescit: & qui avide dicebantur, ex ipsa luce cæcunt; siquidem cum ducantur vanitate, lumen ad portum vident tenebras esse. Lumen cæcum: ait Apollon. Rhodius, 2. Argonaut. v. 259. Lumen cæcum & obscurum? Utrique lumen in aoriam oculorum, cum verba prædicationis non dirigantur in virtutum amplexus, sed in verborum tinnitus & plausus: etenim qui gaudibundi intendunt in eloquentiæ splendorem; noscunt, cæcè adductos esse in tenebras, & non in lucem. Non hæc felicitas auditus, sed eius & cordis dolus. Vigilanter & floridè Achilles Bocchius, Symbol. 32.

Apoll. Rhod. Unde ex luce prædicationis, agri- tudo ca- citatis?

Bocch. Felix prædica- tionis for- ma, præ- dicantis vita.

Ioann. 7. 23.

Libenter auditur, qui se non audit, dum lo- quitur.

*Nihil veritatis luce clarius: igno tamen Fulgore semper ipsa proditur suo. Stulta vulgi turba seculum vocat Felix, quod eruditione plurimà est. Felix vocatur illud, ubi docti viri Præstant reapse quod legunt, quod prædicat, Aliisque prescribunt: ubi bonus, qui audiat, Et videat, exclamare cogatur statim; Certè hi loquuntur ita, ut agunt vitam optimè.*

*Atque ut loquuntur vitam agunt sanctissimè. 8. Ego vox clamantis in deserto: dicit de se Baptista. Cur si ex voce clamor, clamor non datur voci, sed clamanti? Plura dixi, Tom. 2. T. 2. D. 5. à n. 13. Alia cogito. Licet clamor ex voce sit; ut vigeat in virtutem prædicatio, clamorem non habet vox. Si vox Ioannis proprium clamorem haberet; sese in prædicatione audiret, ex quo sui plausus inutilis, dum queri debet ex voce fructus audientis: vocemque suam sine clamore exponit; quia ritè prædicat, qui se prædicatione non audit. Si vox proprium demonstraret clamorem, se commendaret & nequaquam prædicationis virtutem; quæ est in veritate prædicantis, & nullo modo in voce prædicatoris: tunc vox clamaret; cum non intendere, quid diceret, sed quis diceret mira claritate vocis: & minimè clamans vox exponitur, sed vox clamantis; quippequam non sollicitat ex prædicatione plausum; qui intendit in prædicatum, & nullo modo prædicationis subiectum. Ut in illo audiretur clamans Christus, concessum Præcurfiori vocis munus: & ipse non clamat clamore voce loquentis, ut in illo audiretur vox clamantis; quoniam in voce populi haudquaquam at- tendebat vocem, sed cuius erat Præcurfor, in eius voce clamantem. Ut converteret in illum corda, vocis illi data gratia; & ipse*

prædicatione non clamat; dum voce prædicat; ut huius mirificæ prædicationis stylo, fieret audientium conversio: igitur populus facile convertitur ab iniquitate & crimine; modò consideret, Deum in prædicatore loqui. Hinc vocis emanat fructus; dum non voce, sed clamante percussit animus: equidem cordium non acquirit conversionem, quisquis vocibus audientium sollicitat vanitatem. Hoc est veri prædicatoris gratia, atque Præcurforis gloria, in qua clamantis vox ut sine plausu plausus amplissimus fit: equidem in voce signat non clamorem, sed clamantem; quoniam in voce propria propriam non querat vocem.

*9. Gaudio gaudet propter vocem Sponsi: ipse subdit, dum lesum audiri audit. Non vocis suæ fatagit, qui Salvatoris gloriam in prædicatione querit; ut ex voce clamantis, pareretur conversio cordis: vocique suæ dat vocem, clamantis dicens virtutem; relinquens proprium plausum, in gloriam Dei & conversionem audientium: igitur plenissimum gaudium cordi; in sua voce, Sponsi vocem audiri. Nec proferat vocem suam (inquit Gregor. Magn. in Evangel. Homil. 20.) sed in voce Sponsi, se gaudere perhibet; quia non ideo letabatur in corde, quoniam à populo audiebatur lo- quens: sed quis ipse veritatis vocem au- diebat intus, ut loqueretur foris. Quod quidem bene gaudium impletum dicit: quia quisquis de sua voce gaudet plenum gaudium non habet. Gaudium enim futile, ubi non auditur in voce prædicantis vox Sponsi: equidem ex illa conversio minimè cordium; ubi audientes audiunt vocem prædicantium, & non Deum: etenim, ut Euripid. canit in Hippolyt. v. 954.*

*— Vacuum sine magistro pectus, Multarum litterarum colens fumos.* Intellegitur modò in voce prædicatoris, cur non dicitur Vox clamans, sed Vox clamantis. Si vox clamans, tantè intelligeret, quòd esset lex, cuius erat vox: & dicit in voce clamantem, ut prædicator observeat clamantem legem: siquidem non sequuntur vocis formam, ni legis viderint in prædicante observantiam. Vox profectò prædicatoris: Ioannesque dicit meditanter Vox clamantis; quoniam ut voce predicet rectè, primus ex iure debet vocem clamantis audire. Ni clamantem primus autscultasset, in prædicationem non exiret. Datur forma voci prædicantium, ut exemplo ex audientibus referant fructum: quod quidem nullam est, dummodo in voce nil

Perf. 88 concinnat; in quo per quæ Nomen loquuntur

Ioan. 59 29.

Quomodo dicitur vox Dei in prædicatore; Gregor. Magn.

Euripid.

Ubi supra

Observat primus quod dicitur

audiatur nisi vox: & dum clamantis exponitur, exemplum prædicatoris ostenditur: quippequam signum (dum exprimit in prædicatione vocem) ipsum primum audire voce ante vocem clamantem.

Kicher

Luc. 1. 77.

Quando munus prædicationis est scientia salutatis

Ibid.

Marc. 8. 2. Ubi dum taxat eloquentiæ faves, claus non matris au- dientes

*10. Subtile emblema in proposito prodit Kircher, Tom. 2. p. 1. Oedip. Egypt. clall. 1. cap. 2. feliciter, librum cum aratro, lemmateque: Et hoc & hoc. Ex libro eruitur scientia, ex aratro terra munda; ut fructus ex voce sit: ad quod quidem necessarium hoc & hoc; quoniam minimè terra cordium à prædicante mundabitur, ni prius discatur quod in libro legitur. Hinc eligitur Baptista à clamante in eius voce, ad dandam scientiam salutis plebi eius. Si ex libro tantum, esset scientia: at nulla sine aratro medicina: & in voce prædicantis necessarium hoc & hoc, ut scientia audientium salutis sit: quandoquidem nec ex libro species invenitur scientiæ, ubi exponitur salus sed non saluti. Quia animus æger, scientiæ salutaris exponitur liber: artrum etiam in vulnerum medicinam, qua pectus faucium invenit in prædicatore scientiam: ad quam pro fructu necessarium hoc & hoc, quippe hoc & hoc salus est: etenim nil profectò ad audientium medicinam liber omnium scientiarum; ni evellat tamquam aratrum cunctas spinas vitiorum. Hoc & hoc patet profectum: igitur dum voce prædicantis anime sanatur vulnus; scientia vocis invenitur & salus. Ab effectu elucet, quis audit vocem, & in voce clamantem. Scientiam salutis in remissionem peccatorum. Ex salute comprobatur vocis prædicantis scientia, ubi frugi convertuntur audientium corda. Non ut audiunt vocis scientiam, sed clamantis medicinam: diciturque verè scientia salutis, vox cum libro & aratro prædicantis; quia cor pungit & movet ad penitentiam, in erimium remissionem.*

*11. Contingit interdum ubi nonnulli prædicatorem audiunt, ut audiant, haud ut animas convertant; quod accidit prædicante Salvatore, urgente corporum fame: etenim non semper fames ex defectu panis fit, sed audiendi verbum Dei. Amor, 8. 11. Famem habent proferenda eruditionis, non salutis; quia non querunt medicinam sed scientiam. Famem habent, sed non habent quod manducant: etenim cuncta blaterata in aurium mulcimen & oblectamen; verum nihil in animæ nutritionem. Ut possint homines vitam transigere celesti cibo; insituitur prædicatio. Curiosè auditur, sed nihil cibi gustatur; quippe auris auditu vel saturata, non impletur: deficiuntque in via*

*gustantes clare sapientiæ sosculos; quippe floribus & floribus illos dimitunt sciuos. Si in animam cibus disponitur, aurum eloquentiæ uti cibis ministratur: unde cum cibus ex auro, anima nauscat super cibo isto levissimo. Pythius Lydos cum aurifodinas invenisset, in aurium totum studium impendit. Uxor morbum cognovit, & ingeniosè compefcuit. Absente marito curat (inquit Plutarch. de Virtut. mulier. num. ult.) & mensam & omnem mensæ suppellectilem affabre ex auro confici, & cibatorum imagines: bellaria varia & poma, esculenta & poculenta. Domum reversa, apparatus pavit oculos. Apponi canam interpellavit stomachus, & insit inferri cibos. Illa dixit: Non est aliud. Aurea ciborum simulacra spectanda non edenda. Cum aurum cibis, somnum capiet incanatus. Hellogabalus in ludibrium secum in convivio sedentium, exercebat huiusmodi ludum; ut in eo refert Lamprid. Haud secus accidit degustantibus in prædicatione aureas eloquentiæ sententias, incumbentibus in vanitates & insanias falsas. Famem habent, & non habent quod manducant: etenim in cibum habent aurum, quod non in cibum.*

*12. Idem libell. de Audiendo exprimit; quia aureus, cibis orationis non sit cibis, sed ciborum fucus. In auditione (inquit) multa inania sunt: nempe dicens actio, supercilium, commendatio sui, plausus, strepitus, tumultus corona imperitium auditorem iuvenemque, quasi fluctibus transversus rapiatur; absorptum desigrit. Ut enim ad ribiam canentium auditores multa offensa prætereunt; sic orationis flumen, & pompa radijs suis perstringit aciem auditoris, ut non videatur id quod tractatur: ut multorum disputationes, & declamationes sopsissarum, non verbis modò, pro velis sententiarum; sed etiam vocem concinnando, molliendo & modulando dulcem efficiunt, percellunt, & transversos auferunt auditores: & dant quidem inane voluptatem, sed gloriam inaniorum. Possunt enim dicere, quod altiori sensu in præfato articulo promptum à Domino. Sustinet me, nec habent, quod manducant. Huiusmodi balatrones, aretologi, loquaces, non audiuntur: dum loquuntur sustinentur: equidem dum cibum præbere debent in alimoniam, qua depasci congruebet, ministrant paleam. In rem apposuit Favian. Strada. Sententia sono quasita (ait 2. Prolus. 5. Academ. 1.) obtorto veluti collo per nubis tracta. Diètio tota superba, minax. Has ergo bullatas nugæ dum proficiunt ambulantes*

Cena Pythij.

Platarch.

Idem.

Stoliditas con- tionate- rum.

Ubi supra

Strad.

Et flu-  
dium nu-  
tritu-  
lum.

illi recitantes auriumque carnifices; quam  
ingenti spiritu dicunt (Deus immortalis)  
quam biant ore, buccisq; in flatibus personant  
perinde quasi pondus dare fumo conmittan-  
tur! Planè in orationibus sustinentur, nec  
fatigant. Non audiunt verba: & aures  
tundunt & capita. Elucet hoc in concioni-  
bus carere pondere, voce, sono: astrue-  
mus Didasc. 5. Tautolog. seq. carere pro-  
bitate, frontis pudore, atque sensu: ut  
conset

Perf.

Quantum est in rebus inane.

DIDASCALIA III.

Nativitas Salvatoris specimè  
insigne humana felici-  
tatis.

Ovid.

Nonnumquam magni existit nati-  
vitiæ Solem, cuius populi cuncti  
festivè colere diem. Apparuit Theseus  
Athenis, uti redemptor illarum de manu  
Minos, ut interficeret truculentum Minota-  
urum; atque diem tota regio celebravit  
felicitissimum.

Nullas Erechthidis fertur celebratio illo  
Illuxisse dies: Te maxime Theseu  
Mirata est Marathon Cretæ sanguine tauri.  
Manus opasque tuæ est.

Accinit Ovid. 7. Metamorph. lib. 23. Plau-  
sus ita ex homine nato: Alia nativitas ex-  
pectabatur à mundo: ut dies esset quam  
faceret Dominus, & in ea exultaret huma-  
num captivum genus: quapropter cum ex  
ortu divini Solis exitus ex servitute dum-  
taxat esset spes; Numinis ex corde dicebat:  
Diem hominis non desideravi, tu scis

Jerem.  
17.16.

enim cum quisquis prodiret, in eam  
Minotauri servus eiet; non erat gaudium  
in gaudio, donec in mundo videretur  
Deus homo; qui ut lucem novæ nativitate  
videret, sibi ut suum, hominem è servitute  
tyrannidis vindicaret: cuiusque pateret  
radijs, nullus celebror illuxisse dies: igitur  
eius divinæ clementiæ, gloria cæli vi-  
denda orto Sole in terra nostra, pace datâ  
terris, in signum optatæ gratiæ reconcilia-  
tionis; et simulatque in terris sub nube  
corporis videretur Sol, effensus cives San-  
ctorum atque domesticæ Dei. Ita vorum.  
Homines (ut alio ait Senec. in Hercule. su-  
perst. 249.)

Libert-  
per Chri-  
stum na-  
tum.

Senec.

Sensere pacis auctorem suæ  
Adeffe terris.

Ex adventu enim libertatem habebunt: ipsi  
enim ex nativitate hominum sciunt, quid  
ista profunt.

Jerem.  
20.14.

Queritur totum humanum germen  
in Jeremia. *Maledicta dies, in qua natus  
sum: dies in qua peperit me mater mea.* Quid  
non lævæ sortis partus, si infelix præ ini-  
quitate conceptus? Natus, dum peperit  
mater: & regeitur nativitas; quasi non par-  
tus in lucem, qui dumtaxat natus in cala-  
mitatem. Diem sibi lucis & infelicitatis  
odit, quousque diem felicitatis viderit.  
Miser erit homo natus, eosque infelici,  
flebili nascatur homo-Deus: qui quidem  
dies benedictus, dies undique faustus & quo-  
niam per novæ nativitatæ felicitissimam lu-  
cem, hominis nativitatæ expellet maledic-  
tionem. Quidni dies celebris præ cunctis,  
ubi copulâ bonorum cælum videtur in ter-  
ris? *Exultemus igitur in hac nativitate,  
& multipliciter gratulemur in ea, quam  
& salutis utilitas, amoris suavitas, & Filij  
Dei maiestas tam eleganter illustrat; ut  
nihil desit ex omnibus que desiderantur, nec  
commodum, nec incundum, nec honestum:*

Ber-  
nard.  
Quæ mi-  
ra tuæ  
mundo  
ostendit

ait Bernard. serm. 6. in Perovigil. n. 2. Quæ  
major humanæ conditioni optari quidam  
felicitas, ut pericula exolaret calamitas; quam  
Dei Filij in carne præfens maiestas, tantæ  
amoris ineffabilis divina suavitas; ex qua  
bus totius salutis iucundissima utilitas  
igitur propter illam tota maiestas divini-  
tatis videtur humilis, virtus invencibilis  
inermis, simulque immortalitas mortalis.  
Acumen Leon. Papæ, in *Christi nativitate*,  
serm. 1. cap. 2. *Propter liberandum homi-  
nem factus est homo: & tanto fœdere (infit)  
naturam utramque Christus consecravit; ut  
nec inferiorem consumeret glorificatio, nec  
superiorem minueret assumptio. Salva igitur  
proprietas utriusque substantiæ, & in  
unam cocunte personam; suscipitur à male-  
state humilitas, à virtute infirmitas, ab  
aeternitate mortalitas: & ad reparandum  
nostræ conditionis debitum; natura inviola-  
bilis natura est unita passibili.* Hæc enim  
in Christi nativitate mira, ut repararetur  
quæ corruerat, natura humana: quando  
quidem ex malis in plenam felicitatem re-  
paratio; simulatque Filius Dei homo vides  
retur in mundo.

Leo Pap

— *En aurea nascitur ætas,  
En proles antiqua redit: Concordia, Virtus,  
Cumque fide Pietas altâ cervicè vagantur,  
Insignemque canunt nostræ de plebe triumphum.  
Non dolor. Ipsa nobis liquidas dilapsa per  
auras*

Claudian.  
in Romulo.  
à v. 51.

*Instituta insulas, vitissæ que à stirpe recisiss,  
Eli-*

Idem.

Tit. 3. à  
3.

Elleit oppressas tenebroso & carcere leges.  
3. *Erasmus aliquando insipientes, incre-  
duli errantes, serentes desiderijs & volu-  
ptatibus varijs, in malitia & invidia agen-  
tes, odibiles, odientes invicem. Cum autem  
benignitas & humanitas apparuit Salvato-  
ris nostri Dei; secundum suam misericor-  
diam silvos nos fecit.* Hæc Paulus regegens  
Salvatoris N. nativitatem, de qua præmi-  
serat: *apparuit gratia Dei, Salvatoris N.  
omnibus hominibus, erudiens nos.* Quid erudit?  
Quod oculus non viderat, nec auris  
audierat: genium cum effensus infelices,  
insipientes, odibiles, ac desiderijs errantes;  
apparens Verbum divinum in carne, natu-  
ram illustravit mirabili eruditione, qua ho-  
mo cognovit quanta bona e cælo, ubi  
propter hominem Filium Dei apparuit ho-  
mo: direxit enim errantes in viam, desi-  
pientes in novam intelligenciam, cæcum  
in admirabile lumen, odibilem in Numinis  
reconciliationem; ut eius videret gloriam,  
per collatam humanitati ex humanitate  
gratiam: quandoquidem si premebat cala-  
mitas, si vexabat infelicitas, infirmitas  
angebat, servituteque gravabat; cuncta pro-  
fectò prostrata incommoda, Filio Dei ap-  
parente, in nostra fragili, quassata natura,  
erudiente benignè, vel dum latuit natura  
superioris splendor & quid & quis esset na-  
tura humane Salvator: equidem ortus do-  
cuit scientiam amoris, maiestatis & salutis,  
ex flamma vehementi pectoris; ubi pro-  
pter hominis salutem & amorem, in homi-  
nis habitu oblitus est Numinis maiestatem.  
Intendit in gaudium matris humane con-  
ditionis, præ vinculis originarij criminis:  
quod plenum illa cognosceret, eum in Deo  
humanitas apparuerit. Venit & descendit  
in inferiores partes terræ. Gaudet homo &  
eum gaudij plenitudine: igitur pro nostro  
solatio, apparuit nobiscum habitu inven-  
tus ut homo.

Cap. 2.  
11.

Cuncta  
prostrata  
incom-  
moda.

4. Apparuit & nos erudit. Sed quid  
ex taciti Verbi verbis? Quod est mirabile  
in oculis nostris. Ortus est Sol in terris.  
— *Hesperio de limine surgit origo,  
Sed nutritrix Aurora tibi: pro pignore tanto  
Certa ur.*  
Sed frustra. Hæc singularis Aurora nec si-  
mitem visa est, nec habere sequentem; qua  
de causa in terris Deus fecit Auroram &  
Solem. Singularitate partus, claudit, quod  
mundi Salvator ortus. O *felix puerperium,  
latabile Angelis, oprabile Sanctis, necessa-  
rium peccatis, congruum prostratis!* ex-  
clamat Augustin. de Sæcul. serm. 35. *Admi-  
remur (subdit) gratulemur, amemus, lau-*

Claud. 4.  
Hæc. à  
v. 129.

Psal. 73.  
p. 6.

August.  
in colla-  
ta dona  
cælestia.

demus, adoremus, gratias agamus; quo-  
niam per sedemptorem, de tenebris ad lu-  
cem, de morte ad vitam, de corruptione ad  
inocorruptionem, de exilio ad patriam, de  
luctu ad gaudium, de terris ad cælestem re-  
gnum vocati sumus. Brevis cuncta enarra-  
vit Angelus, dum nativitatem manifestavit  
pastoribus. *Natus est hodie vobis Salvator.*  
In nocte hodie natus est Sol, verum vobis  
natus est; constarque ortus cælestibus cha-  
rismaticis: equidem cum eius vobis ap-  
paruit benignitas, prodit simul salutis  
utilitas, amoris suavitas, & totius Numi-  
nis veneranda maiestas, gratiarum camu-  
lus, in similitudinem hominum filius Altis-  
sini factus; quippe eius mirabili nativita-  
te de infelicitate in beatitudinem, de ter-  
rebris in splendorem, de servitute in li-  
bertatem, de terra in cælum, de fletu ad  
gaudium, de exilio ad patriam, de inimi-  
citiâ ad gratiam translatis sumus; quia vi-  
dimus gloriam eius.  
*Attulit æterna cælestia mænera mundo  
Tale puerperium, quod nos absolueret omni  
Crimine.*  
5. Olim hospites dum Gymnosophistæ  
deducebant ad Solem (ut suo excellentia  
astrueretur testimonio, non alieno suffra-  
gio) signabant splendore teste, dicentes:  
*Vide & mirare.* Luminare consuet quam  
insigne, si dumtaxat dicitur admiratione;  
non enim eget encomium sublimis ver-  
bis, si eminentia patet oculis. Ad Ambros.  
Tract. de *Brachman. morib.* Ravif. Textor.  
7. *Offic. cap. 48. Plin. 7. cap. 2. & Cæli. Rho-  
digin. 13. cap. 15. Egimus, Tom. 6. T. 2.  
D. 5. n. 12. & T. 7. n. 31.* Non secus dum  
Sol iustitiæ ex Virgine, Aurora nascitur, &  
nobis oritur: mysterium sancti instabile,  
eius definitur luce: admirationeque dicitur;  
quia magnitudo cognoscitur, nec scitur  
quod videtur: etenim licet Solis ortus  
in hominum utilitatem, mysterium ultra  
humanum profectò cogitationem. Videndum  
iraque & mirandum ex singulari visi-  
one novæ nativitatæ, quæ via tantum  
comprehenditur vocibus admirationis: equi-  
dem novitatis estenditur excellentia, dum  
admiratione videntur hic substituitur pro lin-  
gua. Novitas insluit in admirationis par-  
tum. Iam femina virgo circumdedit vi-  
rum: & ut vidit humana intelligentia singu-  
larem in Virgine nativitatem; pro Solis  
divini exortu prævenit admirationem: non  
enim humanum comprehendere quibat in-  
tellectus; quomodo Filius Dei in similitu-  
dinem hominum propter homines factus,  
Vidit, & expavit: videndoque à dignata

Luc. 2.  
11.  
Nascitur  
figurata  
Iustis,  
amoris  
& mai-  
estatis  
Iustis.

Mell.  
Souf. lib  
6. v. 196

Ambros.

Ortus pri-  
vilegio  
Vir-  
ginitatis  
est opus  
admira-  
tionis.

Jerem. 31.  
22.

Isai. 7. 4

Sat in felicitatem conditionis humane, Verbum in carne videre. Luc. 2. 15.

Ubi sup

Eius ortus gratiarum thesaurus.

Plin.

Debita homini ramis.

natura admiratio pravenitur; ut novitatem virginalis partus lingua propria loqueretur. Sicine didum Achaz, ut vidimus loc. cit. *Vide, ut sileas*: igitur concipiens in partu virgo, Verbum divinum caro, Deus-homo (quia utilitatis, amoris atque maiestatis singularis magnitudo) dum videtur, non lingua sed admiratione dicitur: & in hominis felicitatem & specimina gloriæ; fat nature, huiusmodi prodigia ac miracula videre. Pastores ab Angelo de nativitate moniti, dixerunt ad invicem: *Videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.* Nili amplius, nisi videre: Quid plus? In beatitudinem & admirationem hominum; satis, videre prodigium: quippe excelsum, non cognoscitur; & tantum videre cupiunt; si quidem Verbum in carne, maternitas in Virgine cognoscitur, dum videtur, licet mirabilem modum nequaquam intelligatur. Dissecto nostrâ: *No ay mas que ver. No mas. Un prodigio se dice, solo con de jar se ver.*

6 Ideo apparuit Salvatoris benignitas & humanitas, ut ex donis constaret hominis plena felicitas. Puer parvulus natus est nobis, & Filius Dei in illo etiam datus est nobis; quippe feliciter habitavit in illo omnis plenitudo divinitatis corporaliter, occultante sub carne celsitatis maiestatem & propter nos homines & propter nostram salutem: Paulusque eius benignitatem offendit, ubi humanitas novâ nativitate nobis apparuit; equidem eius nova in carne meditata ab amore nativitas, solum intendit in charismatum gratias. Apparuit *humanitas Salvatoris*: dicit Paulus. Regeitur ab illo articulus, signatque ex nativitate ac apparitione dona: *Apparuit gratia.* Est discrimen vocum, sed nequaquam entitatum: equidem idem fuit humanitate in mundo miserabili apparere; ac thesauros gratiarum in pauperes, infelices liberaliter effundere: quo quidem videntes homines cognoscere, nihil iam deficere humanæ conditioni ex nova nativitate; cum non desideraretur nec commodum, nec iucundum, nec honestum, ingressis cum illo utilitate salutis, suavitate dilectionis, & suprema maiestatis divinitatis. *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus.* Non fat gratia Salvatoris: Cur Paulus addit etiam superiorem gratiam Deitatis? *In summa, Deus ille, cælumque, nescio, adeptus magis, an meritis*: dixit Augusto Imperatore, *Plin. lib. 7. cap. 45.* Tempora vivens meruit, & hominum imperium ul-

tra hominem habuit, quasi quantumvis homo, hominibus descendit de caelo. Idem *lib. 12. cap. 19.* & Sueton. in eo, *cap. 94.* At quare eiusmodi gloriam nactus, ut homo cum esset, haberetur & coleretur ut Deus: Idem signat, *cap. 32. Antiqua & legitima dissolvit: tabulas veterum Evarij debitorum, precipuum calumniandi materiam exussit.* Idem fecit Adrianus, ut præmissis, *Tautolog. 2. D. 6. n. 9.* Hec est summa: verum maior, quia vera nostri Salvatoris gloria.

7 Erat chirographum contrarium nobis, subscriberentibus autographo primiparentis, quo debita antiqua contraximus; igitur servituti dæmonis voluntarie mancipatum totum genus. Unde legitima exætoris tyrannis, respectu dedititæ servitutis, & præcipua calumniandi materia; quin eius in servos quiesceret ira: etenim licet pietatem moverent voces genitium; erat contrarium chirographum. Eximia cogitat amor, ut truculentus compescatur furor; & simul projiceretur in tartara hominum accusator. In huiusmodi plenissimam liberatam, erat homo necessarius, qui supra hominem. Ille, quicum in caelo regnaret, ut esset homo de caelo descenderet; & resisteret procaci, traci tyranno, habitum invenit ut homo. Apparuit Salvatoris nostri Dei benignitas & humanitas; vifaque statim hominis servi libertas. Libertas & plena? Sic. In summa Deus est. Tyrannum expulit, ab homine ingum servitutis exussit, à dominatione exætoris extraxit, quin servos accusare valeret; quoniam iam non servi, nec debitores, respectu clarigie libertatis: equidem cum in terris homo Salvator apparuit, tabulas antiquas debitorum exussit, chirographum delevit, omnia delicta donavit, expoliatis diabolo, ac detrudens in infernum; quo iure impostor mancipatur, cum nihil debiti exulso autographo legeretur. *Vide dicta, Tautolog. 2. D. 6. n. 6.* Venit Hercules, qui cælum tulit, vulturem voracem sagittis faucivavit, vinculis solvit; ut vincum oppressum ac percussum Prometheum, sospitem colloca-ret evehens usque in consortium Deorum. — *Aperro caelo, vinculis fractis, Liberum Alcides illum emisit, vulture fugato.*

8 Filius dicebatur supremi Numinis, sed homo à love missus propter libertatem hominis: etenim miser, vinculis vulneratque iaceret in Caucaeo; ni Filius Dei ut homo ad homines descendisset de caelo. *Rupes ligatus Caspia corpus trabebant Atque ales avida. Cur Promethei vacans Scopuli?*

Sueton.

Coloff. 2. 14.

At liberata dræ navis.

Æschyl. in Prom. lib. v. 1094.

Senec. in Phœreni. v. 1207.

Paulan.

Quo omni de liber-tate vin-cto con-cisit.

Virg. Eclog. 4. à v. 15.

Kircher

n emil actem levavit.

Crus.

1. 1.

Herculi datum negotium (ait Paulan. cap. 158.) ut *Prometheum, aquila quem illum male in Caucaeo multaverat, interempta, è vinculis exonerit.* Idem Pherecydes, 10. de *Nuptijs Ianon.* & Natal. Com. 4. *Mytholog.* cap. 6. Erat chirographum decreti contrarium oppressione gentium, contractâ penâ ex obligatione lyngraphi. Vacant *Promethei scopuli*: equidem qui supra hominem homo de caelo descendit, chirographum delens rupit, & miserum hominem (ut primum apparuit) è diris vinculis solvit. Sub Fabula micat grandis Salvatoris gloria. Illo (ut ingeniose retorquet Augustin. *Epist. 3. & 10. Civit. cap. 27.*) — *Duce liqua manent seletis vestigia nostri irrita pe perua solvent formidat terras. Ille Deum vitam accipiet, Divisque videbit Permissos heros, & ipse videbitur illis.*

9 *Iuxta Rabbinos* (inquit Kircher, *Œdip. Ægyptiac. Tom. 2. p. 1. Clav. 4. cap. 2.* & nos præmissis, *Tautolog. 2. D. 2. n. 20.*) *Raziel Adami atomo nutu designavit Magister, commissi peccati condonacionis, expiationisque rationem amnem exposuit, viam ad salutis reparationem monstravit, & Divinum Verbum per allegoriam recipiendum declaravit.* *Talmudista hoc allegoricæ verborum involuero proponunt: Deus post conditum sæculum, cœlique machinam consummatam, cum ex parte Aquilonis ingens foramen reliquisset; mirati filij Dei dixerunt: 'Uiquid Domine tantam soliditatem in caelo relinquis? Cur non ut ceteras partes stellis exornas? Respondit Deus: Hoc foramen claudi non poterit, nisi venerit nobis aequalis, qui omnem decorem reparabit.* Foramen illud sine stellis in parte Aquilonis significat ruinam Phosphori cum socijs infollescentis; qui mox Adamum a lotus supplantavit feminâ, ex quo tota humani generis ruina. Verum cum similis Conditori rerum filius vestitus carne venisset, ruinas Angelorum implevit, illud foramen stellis decoravit, pulchritudinem restituit; quoniam propter homines suscipiens habitum hominis, ex natura elevata complevit sedes.

*Scilicet antiquo ventura in secula more Dum pulcher astra ducet æther ignea. Accinit Crucius. Claudian. Panegy. Mall. Theodor. v. 101. Implevit Cboros: & Manil. 5. Astron. v. 484. Qui vita ostendit vitam, cursusque sacravit, Et magnos heros æget, Omnes fortuna vultus, Equabitque cboros gestu.*

10 Haud extra chorum cogitatio, sed

Didascalie aptius respondebit institutos maxime in teatratia Hælix Thradionis & Rab. Akiba, in *Lezirab*, afferentium illud in caelo ostium seu foramen, esse Solem: quippe Sol nihil aliud est nisi gloriæ cœlestis splendor, qui mundo interiori illo foramine mittitur. Adami crimine ostium cœlorum est clausum, sed non obstructum, ut penitus atencionis tolleretur spes; cum ostium esset ad ingressum ipse Sol: equidem licet cœlum clausum hominibus perpiam, aliquando illuc ascendi per Solem. Pende Sol occupabat foramen in caelo, ne illo ibi stante ingredi valeret homo. Quandiū ibi erat, homo non habebat introitum, quia undique cœlum reclusum. Spes erat ascensionis, modo Sol qui in ostio, videretur in terris. Apparuit, & simul cœlum aperuit: quandoquidem idem fuit, Solem de caelo descendere; ac cœlum promptè hominibus aperire. Cœlum sane per Adami nefas clausum, sed descendendo de Empyreo, reliquit cœlum apertum. Homo in cœlum mirificè est introductus, illud per ostium quâ Sol in mundum egressus: etenim cum hominis tota felicitas esset, si Sol ut homo ad hominem descendisset; pervius hominibus in cœli regiam introitus simulac in terris visus, in si militudinem hominum propter homines factus.

— *Plebeio teclis amictu Latuit omnis bonos.* Humiliavit, qui æqualis Deo, semetipsum, ac de caelo descendens aperuit cœlum, viso Sole in terra, ut levaretur & elevaretur fursum humana iacens natura: igitur iam quibant in cœlum pridem occultum; cum non solum haberent ostium, sed ostium pervium.

11 Quid factum per crimen protoparentis, & per restauracionem Salvatoris, homini obiectum ex visione Ioannis. Vidit similem filio hominis, vestitum pudere, qua signatur candor ex assumpta humanitate, & effectus ex visione. Magna visio, quod qui similis uti unigenitus Patris; appareret etiam similis filio hominis. Verum quid? Subdit statim. *Post hæc vidi.* Quid post hæc? Summa enim in hominem dilectionis magnitudo, quod in mundo appareret hominibus Deus-homo. Apparuit, Ioannescque dicit: *Post hæc vidi: & ecce ostium apertum in caelo: & vox prima quam audi. vi: Ascende buc.* Mundus non cognovit momenta utilitatis, quando descendit de cœlis: ostiumque in caelo obijctur Ioanni, ubi ut homo Verbum Dei descendit in

Idem, in terris videri, at cœlis hominibus aperire.

Isa. 2. v. 18.

Apocal. 1. 13.

Cap. 4. 1

Salvatoris ortu, ostium apertum in caelo.

pat

partes terræ; quippequam in cœlestia iam habebant ingressum, qui transgressione primâ audaces clauferant ostium. Ibi erat Sol, fontique lucis, Verbum Dei, splendor Patris, impediens aditum, quin homo ingredi posset, quouque inde in mundum veniens, descenderet; patetque empyreum, ad illud ostium, & hominibus reclusam; quoniam haud aliô Verbum Dei, caro factum de cœlo descendit, & hominibus homo in terris apparuit; nisi ut cœlum clausum hominibus aperiret.

Souf. d. v. 197.

*Præius clausi postes refraxerit Olympi.*  
 12 Mœsti gemebant homines, quia nullus aditus propter transgressione vides, ut quirent accedere ad limina; etenim clausa erat ianua. Profecto clausa, verum erat cœli porta, quæ illis aliquando aperienda; cum prævaricatoribus Angelis nec relinquere rimula. Hoc enim intuitu dum cœlestem Conditor contruxit orbem, ad ingressum hominum reliquit in Aquilone foramen; quod quidem est obstruatum, quandoque gementibus referandum. Verum quando? Dicit enthusiasticè, nesciens quid diceret, Ethnicus.

Manl. d. lib. 1. cap. 10. à v. 81.

*Melius manet illa fides per secula prisca, fissuram faciens mundi, fundamina cœli; Diæ nova per cœca vibrantur lumina noctem, Inquiruntque sacras humano pectore causas, Admittantque novum laxato pectore lumen. Quid? Quasi nō timeant, magni cum vulnera cœli*

*Conspiciant, cœlique ora & sidera tangant.*  
 Cuncta facta, dum æqualis Patri pro hominibus, cœlum quin relinqueret, reliquit, & homo inter homines nova natiuitate mirificè apparuit. Ostium in cœlo erat quod homo occluserat: at cum idem esset, filium Dei in mundum egressi, ac ostium in cœlo hominibus aperire; dum descendit ad hominem, clausum reuertit ostium, atque reliquit apertum. Clauferat flagitij furor, sed

Senec. in Oct. 472. E cœlo egrediatur, ut illuc homo ingre diatur.

*Vicit Superas amor.*  
 Cogitavit hominis elevationem, per novam Verbi Dei in carne natiuitatem. A felicitate excluditur, nisi cœlum aperiretur, quod nequibat esse, nisi Filius Dei videretur in carne. Hoc mysterium ad aditum clavis fuit. Verbum caro factum est: & cum ex eius in mundo expectatâ visione, referenda porta cœli; nato in carne, ut ingrederetur homo, ecce ostium apertum in cœlo.

Lucian. in Iobæ Tragod.

13 Vestitus podere nascitur, ostium in cœlo aperitur, videntique dicitur statim: *Ascende huc.* Hæc prima vox. *Cur gemis, & tacito pallor subsurgit in ore?*

Ascende, & illuc, quo non valebas, quippe illud occluserat. Pridem habebas excusationem; quoniam nec videbas lumen: modo videtur cœlestium cordis fastidium; non ingredi, & ostium ad cœlum videre apertum. Iuxta desideria amoris, nascente Christo, hominibus elucet gloria cœlestis: igitur tantæ gratiæ abdicentibus mysterium quasi cœlum esset clausum. Sol expectatur (vocibus enim expectantium vota exprimentur) ut continuo sacrificetur cor, simulatque in mundo exploretur lux. Prius erat in nubilo, cum resideret in cœlo. Iam apparet, corque eius amoris responderet, si illius radijs ardens feliciter deficit: etenim patet quod Sol oriens in humanum aduocatum refulsit pectus, si ad eius exortum in cordibus accenditur ignis magnus: non enim orientis claritate videbit, qui oculos ad insignem maiestatem infeliciter claudit. Contingit tantam gloriam negligentiam, quod affectis Saluatoris in Thabore, *Resplenduit facies eius sicut Sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Ostendit sicut in natiuitate candore carnis, quos occluserat radios diuini Solis, dum exorientis hominibus flammam expanderat charitatis; quæ iure amoris excessus, ubi pro hominibus apparebat humanus, quin dedignaretur tanto è cœcolicis plausu, *Sepe mortali ostendere cœtu.*

Ut prof. Soli de. vial. h. m. m. i. t. e. r. t. a. s. p. r. a. s. t. i. m. i. s. a. m. o. r. i. s. a. r. d. e. a. t. p. e. d. e. a. t. a. u. s.

Matth. 17. 2.

Carull. Epigr. 65. v. Luc. 9. 12.

Ibid.

Qui dei se dormit, Solem nascens in v. vi. det.

Herodo.

Si cor ardet, alvicitia pr. e. venit

So-

Q. Curt.

Sapient. 16. 18.

Eff. d. u. s. n. a. s. c. i. t. i. s. i. u. x. t. a. c. o. r. d. i. s. d. i. s. p. o. s. i. t. i. o. n. e. t.

Maiol.

Luc. 11. 49.

Plutar. ch.

Ut viri recipiatur, vicia à peccatore reingentur.

Solem; ut eius possint homines aspicere maiestatem. *In Hircania* (refert Curtius, *Alexandr. histor. lib. 6. cap. 4.* Diodor. *Siculi. lib. 17. cap. 75.* ac Causin. *lib. 9. Symbol. 9.*) *frequens arbor, cuius folia multo melle tinguntur; sed nisi Solis ortum incolæ occupaverint, vel modico tempore succus exstinguitur.* Elucet Saluatoris, adinstar cœlestis Manna in terram desuper venientis, conditio (siquidem panis vivus qui descendit de cœlo) ut homo dulcedinis avidus prægustare valeat amabilem suavitatem; *quoniam oportet prevenire Solem, atque eius radijs inflammatum corde, ad ortum lucis Saluatorum adorare.* Notatur in preventionem dispositio cordium, ut possint natiuitatis indispicere beneficium: oportetque Solem nascentem in adorationem prevenire; quippe ex luce nec levis illuminatio sine dispositione. Ubi frigidum hominis pectus, Sol natus quasi non natus. Est qui se abscondat à calore eius: igitur frigidis orientis non oritur; quoniam ad modum recipientis recipitur. Cera radijs emollescit, obdurefcit lutum. Haud aliter accendit Christo, ex averfione, vel aviditate cordium: equidem dum alij uti Atlantes Solis ortum execrantur; alij exiguo Solis radio præ amore lucis tabescunt.

15 *Mons in Æthiopia* (inquit Maiolus, *Tom. 1. Colloq. 16.*) *oriente Sole, usque ad quintam diei horam flammam emittit.* Non secus dum pijs Sol Iustitiæ in lucem natus. Sunt corda montes in circuitu eius: patetque prævijs dispositionibus in receptionem facultas; dum corda Sole oriente facili erumpunt in flammam. Ille venit *mittere ignem in terram* cordium; claretque Solis illustratio per incendium. Hermanus Schedel, *s. Mundi atate*, Cicer. *1. de Divinat.* & in eo Plutarch. ait: *Qua nocte Alexander natus, templum Ephesine Diana consflagravit.* Ex incendio prognosticon sumptum illustris natiuitatis; quo indicatur ritus in susceptionem Saluatoris, mundo orientis. Pectus hominis est execrabile templum, in quo omnia idola volupatum, & adorate vitiorum illecebæ à seducto, cæco corde. Ut cæcitate illuminet, Sol Iustitiæ in lucem prodit. Totâ hominis felicitas ex isthac diuini Solis natiuitate, quæ notatur ex cordium concepto, ac missio cœlitus igne: igitur congruam ac æstimabilem Sol nascenti præstabit adorationem; modò radijs illius idola pectoris redigantur in pulverem. Liqueat per flammam, qualem ignem percipit mittere in terram; dum Verbum Dei descendit in

carne, ut igne amoris fursum elevaret hominem.

*Sensus ereptis mens excidit. At ego cerib Cognoram, à parca virgine magnanimum. Quis te miravit tantus Deus? An quod amantes*

*Non longè à charo corpore abesse volunt? Vidi ego, te tali vultu mea fata gementem. Invidus olim vultus, & nunquam Lacrymas præbere consuevus, Iam flere didicit.*

Utique, ut homo non fleat, imò è societate gaudeat. Venit, ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum: cogitavit, que in carne terrenum fieri, ut frueretur flagrantis charitatis intentione. Cœlestis in Indis, & Photius in *Bibliothec.* ex quibus Causin. *lib. 1. Symbol. 44.* Signat fontem aureum, ramentis oppletum, quæ hinc inde vagantur: ac si aquam vase fœtilli avilitas haurit; aurum in illo statim concrefcit. Auri ramenta erant animæ hominum, destinatorum in cœlum. Per orbem illic vel illic vagabantur, quia necdum vas admirabile, opus Excelis, missum in mandum. De cœlo descendit, hominibus terrenis homo apparuit: omniaque auri ramenta favò congregata sunt; quippequam propter nos homines Verbum caro factum est. Gaudeat uti iam felix humana natura, tantâ donata singulari gratiâ.

*Patens iam terra Deorum Fulget, & humanis Numina missa locis.*

DIDASCALIA IV.

Gaudium gloriosum orbis, natiuitas Virginis-Mæris.

1 **L**UX profectò mundo est orta, dum prodivit in lucem Virgo Maria. Specimen in ostensione miraculi? Non est novum, lux in Sole. Ex illa, & illa lux magna: verum quid? *Ista progreditur in mundum, electa ut Sol.* Sol solus est. Si in Virgine nascente tot insignia ac splendida miracula; iure plauditur & applauditur ut unica. *Unica res quadam nativo corpore sola, Cui similis toto terrarum non sit in orbe.* Nil simile? Sandè. Pende. Oportet prevenire Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lacis te adorare. Meritò singulares grates ad ortum lucis, propter benedictionem, sive gratiam Deitatis: sed cur antiquam Sol oriretur, & ad lucis exortum? Ut natiuitas singularis nosceretur Matris Virginis; & ipsa ut Sol effulgeret uti uni.

Catulle Epigr. 67. v. 25.

Ovid. 3. Trist. 4. v. 37. Senec. d. v. 126.

Ioan. 11. 52. Fons Indis auct. recit.

Cœlestis,

In carne dicendum Verbum homines congregavit in unum.

Ovid. 1. Fast. v. 247.

Cantic. 6. 9. Nascitur electa ut Sol. Licret. 2. v. 142. Sapient. 16. 28.